

uestram; Castitas enim sine comitibus suis. ieiunio uidebitur & tem-
perantia. cito laeserit. Quod sibi quasi ad munitis roborata fuerit.
per facile coronabitur. Tria enim sunt haec. uirginitas. nuptae.
fornicatio. Nuptae mediae. fornicatio deorsum. uirginitas sur-
sum. Uirginitas namq; coronam habet. nuptae laudem mediocrem
fornicatio poenam atq; iudicium. Uide ergo si abstinere uis cum con-
silio facito. & sic arripere considerans corpus tuum. quia summam
rem desideras. Tamquam bonum pedagogum adhibe tibi ieiunium
& temperantiam. & perges fiducia liter quod desiderasti. Nam &
cum quis natare disponit. prius considerat & deliberat. ut & supera-
re possit natando quod coepit. Sic & tu bonum est quod habes. sed
si meliorem partem habere cupis. sapienter & consulte arripe. con-
siliatorem habens paulum dicentem. & qui habent uxores sic sint
tamquam non habentes. Ut per abstinentiam & bonam conuer-
sationem in hoc saeculo. conscientiam puram habentes. coronari
in futuro mereantur. per xpm dnm nostrum. cum quo est dō patri
cum spū scō honor gloria & potestas. per immortalia saecula saeculorum.

EXPLICIT S. IOH. EPISC. CONSTANTINOPOLITANI OMEL. DESUPER SCRIP-
TIONE PSALMI QUINQUAGESIMI.

INCIP. OMELIA EIUSDEM IN IP. S. QUINQUAGESIMO PSALMUM.

Reliquias & terne mensae. hodie uobis reddere uolo. Sed reliquias
& mensam cum audis carissime. nihil palpabile arbitraris
aut grossum. Non enim carne concidimus. sed uerbum di uis
insinuamus menti. & mensam in corporali. si una uel secunda
die manserit caro deperit & corrumpitur. In proloquenda autem